Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Herzoge; und die Grafen von Andechs (qui tanquam Comites Tanni Tirolim saltem ex parte gubernabant) bona in Alpibus plurima possidebant) waren Bayerische Vasallen. Jac. Brandisius Hist. Capitan. Tirol. p. I: Berchtold, welcher zur Zeit gedachtes Seines Bruedern im Vuntschgei an der Etsch Marggraf was. Vide infra Addit. 53. Quo anno Bertholdus Athesinum tractum gubernandum accepit, nolim determinare.

Alb. Reichart in Breviario Hist. Carinth. hac narrat: An. C. 917 — Everhardus Archidux (Carinthiae), Visus Patriarcha Aquilegiensis et Godefridus Meraniae Dux belli societate contra Hunnos pacta dissipaturi impetum, in hostem procedunt, praelio commisso Hungaris Germanorum fortitudini cedentibus, caesisque quam plurimis, Everhardus et una tres filii Berengarius, Gotfardus et Reginaldus Duxque Meraniae Godefridus subsse victoria fortius quam cautius dimicantes occumbunt. Utinam rem patriae nostrae tam gloriosam etiam idoneis testibus firmasset Auctor clarissimus! Eberhardum anno 917 in bello contra Hunnos occubuisse, scribit et Megiserus Chron. Carinth. l. 6, eidemque in Principatu Carinthiae successisse Bertholdum Arandsi Boii fratrem, ~~qui paulo ante Athesi praefectus fuerit.~~ Quae si indubitata forent, crederem, Bertholdum simul Godefrido Meraniae Duci ad Athesim, simul Eberhardo in Carinthia successisse.

56) Luitprandus l. 2. Bernardus Noricus Chron. Bav. ubi etiam: DCCCCXVII. Purchardus Dux Wavariae et Alemanniae constituitur, et sequenti anno Chunradus moritur, et regnum Wavariae ex tunc defecit. Adelkreiter Ann. Boii. p. I, l. 13. Brunner Ann. l. 7. ~~Quid interea Bavariae ducatum gesserit, B~~

57) Cur Mali cognomen obtinuerit, occasionem indicat Bernardus Noricus ad an. 921: Ipse Henricus (Aucep.) illi Arnoldo Episcopatus et Abbatias in sua provincia sitas contulit, quarum possessiones nefarie dissipavit, unde eo conqueruntur Sancti in Legenda S. Udalrici. Vid. Haas Geom. s. I. p. 188. Hepidannus tamen ad an. 919 Arnulfum vocat optimum Ducem: alii hincmulti immerito et male Malum dictum, existimant.

58). At anno 907 Hunnis ~~in~~ omnia, etiam Athesinum tractum vastantibus, bona direpta, plus offerenti vendita ac a justis Dominis abalienata sunt: quod et cum